

PRÆSUPPOSITA PHILOSOPHICA RAHNERIANÆ DOCTRINÆ DE ETHICA EXISTENTIALI /ALIQVAE NOTITIÆ SPECTANTES AD ARTICULUM CAROLI RAHNERIS SI. QUI INTITULATUR "DE QUÆSTIONE ETHICÆ EXISTENTIALIS FORMALIS"/.1)

Motto: SE: ...
...
...

(Plato: Sophista, 238c8-11)

0. Introductio.

Omnis veritas in aliqua unitate consistere videtur - id enim quod cognoscitur reducit ad aliquam unitatem sicut et Aristoteles ponit hoc esse præcipue unum cuius cogitatio eiusdem quidditatem repræsentans una est nec aliquam separationem sive secundum tempus, sive secundum spatium (locum) sive secundum conceptum admittit.²⁾ Immo etiam defectus a veritate in aliqua privatione unitatis consistit i.e. in pluralitate, quæ est etiam privatio entis in quantum unum cum ente convertitur. Et hoc verificatur in omnibus erroribus tam antiquis quam recentibus: "Tales sunt enim omnes hæretici (scilicet errantes de his quæ ad fidem pertinent), et qui se plus aliquid præter veritatem invenire putant, sequentes ea, quæ prædicta sunt (hoc refertur ad confusam doctrinam sectarum gnosticarum), varie et multiformiter et imbecille facientes iter, de iisdem non semper easdem sententias habentes, velut caeci a caecis circumducuntur, iuste cadent in subjacentem ignorantiae foveam, semper quaerentes et nunquam verum inventientes."³⁾ quod autem antiquorum temporum hæreticis occasio fuit errandi, de hoc etiam nostri temporis aliqui seipso theologos nominare non erubescunt principium tam philosophiæ quam ipsius doctrinæ sacrae faciunt propria falsiloquia nomine pluralismi designantes. Ne vera "effrenata novitatum cupiditate" hi omnes commossi sunt adeo ut "veritas, ubi certo consistit non quaeratur, sanctisque et apostolicis traditionibus posthabitis doctrinae aliæ inanes, futiles, incertæque, nec ab Ecclesia probatae adsciscantur."⁴⁾ quod talis doctrina omni sanæ theologiæ repugnet probæ non indiget

1) Cfr. Rahner, Carolus: Über die Frage einer formalen Existentialtechnik, in: Schriften zur Theologie, Bd II, Zürich-Binswaggen-Möln, 1968⁸, pp. 227-246.

2) Cfr. Aristoteles: Metaphysica A, 1016b1-3⁸

3) S. Irenæus Lugdunensis: Adversus hæreses, lib. V, 20, 2, vv. 30-37, SC 153, Paris 1969.

4) Cfr. encycl. "Singulari nos" Gregorii XVI, Denz. 1617.

ELENCHUS TITULORUM

Introductio.....	1
<u>Caput I:</u> Quomodo doctrina moralis Caroli Rahneris quae ab ipso auctore ethica formalis existencialis vocatur a veritate fidei deficiat.....	4
Artic.1:(minor) Doctrina ethica C.Rahneris nihil aliud est quam ipsa quae situationis dicitur ethica etiam- si ipse auctor a conclusionibus ultimis abhorreat...	4
Artic.2:(maior) Situationis ethica damnatur a Magisterio ecclesiae repugnatque tam sanae de moribus doctri- nae quam rectae fidei.....	20
Artic.3:(concl.) Doctrina ethica rahneriana est erronea	36
<u>Caput II:</u> Doctrina rahneriana a thomismo essentialiter dif- fert eique omnino repugnat.....	39
Artic.1:(maior) Individuatio hominis secundum animam spiri- tualem repugnat Si.Thomae doctrinae.....	39
Artic.2:(minor) Rahner docet hominem individuari secundum animam suam spiritualem.....	71
Artic.3:(concl.) Rahner docet opiniones Si.Thomae doctrinae repugnantes.....	78
<u>Caput III:</u> Causa rahneriani erroris.....	87
-De pluralismo in Sacra Doctrina.....	87
-Existentialismus ethicus inducit ad atheismum.....	94
-Quomodo possit situatio concreta sub normis subsumi universa- libus.....	101
-Ethica situationis repugnat logicae.....	108
- " " " theologiae biblicae.....	109
C o n c l u s i o	110
ELENCHUS BIBLIOGRAPHICUS	113
ELENCHUS TITULORUM	114